





① 5









In vigilia natalis domini Ad missam Introitus.



Odie laetis quia
veniet dominus: et
saluabit nos. A ma-
ne videbitis gloria
eius. *ps* Domini est
terra a plenitudo ei?
orbis terrarum et om-
nes qui habitant

in eo. Gloria. Gloria in excelsis non dicitur *collecta.*

Deus qui nos redemptionis nostrae an-
nua expectatione letificas: presta
ut unigenitum tuum quem redemptorem leti-
suscepimus: venientem quoque iudicem seculi
videamus. Dominum nostrum Iesum christum
filium tuum: Qui tecum vivit. *Nulla suffragia.*

Et dicit Isaias propheta. Cap. lxxi.

Dominus. Propter sion non tacebo: et
propter hierusalem non quiescam. donec egre-
diatur ut splendor iustus eius: et saluator
eius ut lampas accendatur. Et videbunt
gentes iustum tuum: et cuncti reges iudicium

tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum: quod
os domini nominauit. Et eris corona glo-
rie in manu domini: et dyadema regni in ma-
nu dei tui. Non vocaberis ultra derelicta.
et terra tua non vocabitur amplius desola-
ta: sed vocaberis voluntas mea in ea. et
terra tua inhabitabitur. Quia compla-
uit domino in te. *Ino epistola b. pauli ad roma.*

Hactes. Paulus seruus christi iesu
vocatus apostolus. segregatus in
euangelium dei: quod ante promiserat per prophetas
suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est
ei ex semine dauid secundum carnem. Qui pre-
destinatus est filius dei in virtute: secundum
spiritum sanctificationis ex resurrectione mor-
tuum iesu christi domini nostri. Per quem ac-
cipimus gratiam et apostolatum. ad obediendum
fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.
In quibus estis et vos vocati iesu christi do-
Hodie factis quia veniet *Grada.* mini nostri.
dominus et saluabit nos: et mane videbitis gloriam
eius. *v.* Qui regis israel intende qui deducis velut

LANDS
LEIN
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

2
ouē ioseph. qui sedes sup cherubin appare coram et
frem beniamin et manasse. **Si in diuina euenerit.**

Alla. **v.** Veni domine et noli tardare relata fa-
uora plebis tue. **Secundū mattheū. Ca. pmo.**

In illo tempore. Cū esset desponsata ma-
ter iesu maria ioseph anteq̄ conueniret.
inuenta est in utero habens de spiritu s̄cto.

Ioseph autē vir eius cū esset iustus. ⁊ nollet
eam traducere: voluit occulte dimittere eā.

Hec autem eo cogitante. ecce angelus domi-
ni in somnis apparuit ei dicens. Ioseph fili
dauid: noli timere accipere mariā coniugē
tuā. Quod enī in ea natū est: de spiritu s̄cto
est. Pariet autē filiū: et vocabis nomē eius
iesum. Ipse enī saluū faciet populū suū. a
peccatis eorū. **offerē.**

Collite portas princi-
pes vestras et eleuamini porte eternales ⁊ introibit

Oa nobis quesumus **Secreta oīo** rex glorie.
omnipotens deus. vt sicut adoranda filij tui
natalicia preuenim⁹: sic eius munera capi-
amus sempiterna gaudentes⁹. **Qui te. Coīo**

Reuclabitur gloria domini et videbit omnis

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

caro salutare dei.

post cōmunionē.

OA nobis domine quesūm' unigeniti
fily tui recensita natiuitate respicere: cui
ius celesti mysterio pascamur et potamur.

Per eundem. In natali domini. Introitus.

Dec natus est nobis et filius datus
est nobis. cuius imperiū sup hūme
rū eius: et vocabitur nomē eius
magni cōsily angelus. *ps.* Cāta

te domino canticū nouū: quia mirabilia fecit.

Gloria patri. Gloria in excelsis. dicitur. Collā.

Oncede quesumus om̄ps deus. vt nos
unigeniti tui noua p carnē natiui
tas liberet: quos sub peccati iugo vetu
sta seruitus tenet: *Per eundē. Iāo clāic*

HEt dicit dominus. propter *ps. liij.*
hoc laet populus meus nomē meū
in die illa: quia ego ipse qui loquebar et
ce ad sū. Quī pulchri super montes pedes
annūciantis et predicantis pacem: annū
ciantis bonū. predicantis salutē: dicen
tis sion regnabit deus tuus. *Vox specu*



latoꝝ tuozꝝ: leuaerũt vocem: simul lau-
 dabũt: quia oculũ ad oculũ videbũt. cũ con-
 uerterit dñs sion. **G**audete ⁊ laudate simul
 deserta hierusalem: quia conso latus est do-
 minus populũ suũ: cecidit hierusalem.
Parauit dñs brachiũ sanctũ suũ in oculis
 omniũ gentiũ: et videbũt omnes fines ter-
 re salutare dei nostri. *Ino eplē. Ad heb: eos. .j.*

Fratres. Multipharie multisq; mo-
 dis olim deus loquens patrib; in pro-
 phetis: nouissime diebus istis locutus est
 nobis in filio quẽ constituit heredem uni-
 uersozũ. per quem fecit et secula. Qui cũ
 sit splendor glorie ⁊ figura substantie ei;
 portansq; omnia verbo uirtutis sue pur-
 gationẽ peccatoꝝ faciens: sedet ad dexte-
 rã maiestatis in excelsis: tanto melior
 angelis effectus. quãto differentius pre
 illis nomẽ hereditauit. Cui enĩ dixit ali-
 quando angeloꝝ filius meus es tu ego
 hodie genui te? Et euersũ. Ego ero illi in
 patrem: et ipse erit mihi in filiũ. Et cũ iter

introducitur primogenitum in orbem terre:
dicit. Et adorant eum omnes angeli dei. Et
ad angelos quidem dicit. Qui facit ange-
los suos spiritus: et ministros suos flam-
mam ignis. Ad filium autem. Thronus tuus
deus in seculum seculi: virga equitatis virga
regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniqui-
tatem: propterea vixit te deus deus tuus
oleo exultationis pro partibus tuis.
Et tu in principio domine terram fundasti:
et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt.
tu autem permanebis: et omnes ut vestimentum
veterascent. Et velut amictum mutabis eos:
et mutabuntur. Tu autem idem ipse es: et an-
ni tui non deficient. **Grad.** Viderunt omnes
fines terre salutare dei nostri. iubilare deo omnis ter-
ra. **v.** Notum fecit dominus salutare suum ante spectum
gentium revelavit iustitiam suam. **Halleluia. v.** Dies
sanctificatus illuxit nobis venite gentes et adorate
dominum quia hodie descendit lux magna in terris.
In principio In initium sancti euangelii secundum Joannem.
Capitulum erat verbum. Et verbum erat apud

4
deū. Et deus erat verbū. Hoc erat in prin-
cipio apud deū. Omnia per ipsū facta sūt.
et sine ipso factū est nihil. Quod factum
est: in ipso vita erat. Et vita erat lux ho-
minū. Et lux in tenebris lucet: et tenebre
eā non comprehenderūt. fuit homo missus
a deo: cui nomē erat iohānes. Hic venit
in testimoniū. vt testimoniū perhiberet
de lumine: vt omnes crederent per illum.
Non erat ille lux: sed vt testimoniū phi-
beret de lumine. Erat lux vera que illumi-
nat omnē hominē venientē in hūc mū-
dū. In mundo erat. et mūdus per ipsum
factus est: et mūdus eū nō cognouit. In
propria venit: et sui eū nō receperūt. Quot
quot autē receperūt eū: dedit eis potesta-
tem filios dei fieri: his qui credūt in nomi-
ne eius. Qui nō ex sanguinibus. neq;
ex voluntate carnis: neq; ex voluntate
viri. sed ex deo nati sūt. Et verbū caro fa-
ctū est: et habitauit in nobis. Et vidim⁹
gloriā eius: gloriā quasi vnigeniti a pa-

tre. plenū gratie: et veritatis. **C**redo in.

Qui sūt celi ⁊ tua est terra: orbem terrarū. **Off.**
et plenitudinē eius tu fundasti. iusticia et iudiciū
preparatio sedis tue. **Secreta.**

Oblata domine cūnēra. noua uirgeni
tū natiuitate sanctifica: nosq; a pecca
torū nostrorū maculis emūda. **Per eundem.**

Prefatio. Quia p̄ incarnati uerbi mysteriū.

Intra actionē. Cōmunicātes ⁊ dicim̄ sa. **Cōi.**

Aderūt omnes fines terre salutare dei nr̄i. **p̄ cō.**

Presta quesumus omnipotens deus. ut
natus hodie saluator mūdi. sicut diuine
nobis generationis est author: ita et im
mortalitatis sit ipse largitor. **Qui tecū.**

In die epiphanię dñi Introitus.

Sce aduenit dominator dñs. et regnū
in manu eius et potestas et imperiū.

p̄s. Deus iudiciū tuū regi da: et iusti
ciam tuā filio regis. **Gloria p̄i.** **Gla in excelsis. collecta.**

Deus qui hodierna die uirgenitū tu
ūm gentibus stella duce reuelasti:
concede propitius: ut qui iam te ex fide cog



5
nouimus: usque ad contemplandam speciem
tue celsitudinis perducamur: per eundem.

Surge *lectio esae prophete. Cap. li.*

illuminare hierusalem quia venit
lumen tuum: et gloria domini super te orta est.

Quia ecce tenebre operient terram: et caligo
populos. Super te autem orientur dominus: et gloria
eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes
in lumine tuo: et reges in splendore ortus
tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide. om-
nes isti congregati sunt venerunt tibi. filij
tui de longe venient: et filie tue de latere
surgent. Tunc videbis et afflues. et mira-
bitur et dilatabitur cor tuum: quoniam uersa fu-
erit ad te multitudo maris: fortitudo
gentium venerit tibi. Inundatio camelorum
operiet te: dromedary madian et esaa. Om-
nes de sabba venient aurum et thus deferen-
tes: et laudem domino annunciantes. *G. A.*

Omnes de sabba venient aurum et thus deferentes.
et laudem domino annunciantes. *U. C.* Surge et illumi-
nare hierusalem: quia gloria domini super te orta est.

Alleluia. **V.** Vidimus stellā eius in oriente et veni-
mus cū muneribus adorare eū. **Secundū matthēū.**

Qum natus esset iesus in bethleem iu-
de in diebus herodis regis: ecce ma-
gi ab oriente venerūt hierosolimā dicētes.
Ubi est qui natus est rex iudeorū? Vidimus
eū stellam eius in oriente: et venim⁹ ado-
rare eū. Audiens autē herodes rex turbat⁹
est: et omnis hierosolima cum illo. Et gre-
gans omnes principes sacerdotū et scribā
populi: sciscitabatur ab eis vbi christus
nascētur. At illi dixerūt ei. In bethleem
iude. Sic enī scriptū est per prophetā. Et tu
bethleem terra iuda: nequaquā minima es
in principibus iuda. Ex te enī eriet dux: q̄
regēt populū meū israel. Tūc herodes clā-
vocatis magis: diligenter didicit ab eis
tempus stelle. que apparuit eis. Et mittēs
illos in bethleem dixit. **Ite. et interrogate**
diligenter de puero. Et cū inueneritis renū-
ciate mihi: ut et ego veniens adorē eum.
Qui cū audissent regem. abierūt. Et ec-

6
ce stella quā viderant in oriente. antecedebat
eos: vsq; dū veniēs staret supra vbi erat
puer. Videntes autē stellā gauisi sūt gau-
dio magno valde. Et intrantes domū in-
uenerunt puerū cū maria matre eius. Et
proidentes adorauerūt eū. Et apertis the-
sauris suis: obtulerūt ei munera. Aurū.
thus. et myrrhā. Et responso accepto in sō-
nis ne redirent ad herodem: per aliā viā
reuerſi sūt in regionem suā. **Crede. off:**

Reges tharſis et insule munera offerent: reges ara-
bū et sabba dona adducēt: et adorabūt eū omnes
reges terre. omēs gentes seruient ei. **Secreta oꝛo.**

Ecclēsie tue quesumus domine dona pro-
pitius intueri. quibus nō iam aurū thus
et myrrha profertur: sed quod eisdē mu-
neribus declaratur imolatur et sumitur.
Dec. prefati. **Q**uia cū vnigenitus tuus.
Qommunicantes et diem sacratissi-
mū celebrantes quo vnigenitus. **Coꝛo.**

Vidimus stellā eius in oriente et venim' eū mūneri-
bus adorare eum. **post cōmunionē oratio.**

Presta quīs omnipotens deus: ut que
solenni celebramus officio: purificate
mentis intelligentia consequamur: **P.**
Benedictio super ramos palmarū. Oratio.

Dominus vobiscū. Et cū. Oremus.

Omnipotens sempiternē redemptor.
qui de celis ad terras descendere: et
ad passionē voluntatis tue venire dig-
natus es. ut humanū genus tuo p̄ioso
sanguine liberares: adesto pius ecclesie
tue votis et supplicationib; nostris. Tu
enī domine mansuetus. māsuetti anima-
lis aselli tergo insidens: ad passionē re-
demptionis nr̄e spontaneus aduenisti: cū
tibi ramis arboreis occurrentib; discipu-
lorū turbis certatim sterneretur via. et tri-
umphatricibus palmis cū voce laudis oc-
currerent plurime populorū caterue. resul-
tātes pariter et dicentes: o sanna filio da-
uid benedictus qui venit in nomine dñi.
Tibi in mōte oliueti oliuarū ramis via
constrata est. Tu quondā noe in arca sup

undas diluuij gubernasti: et columbe mi-
 nisterio per oliue ramū pacem terris red-
 ditā nunciari voluisti. Sed et iacob patri-
 archa in mysteriū glorie tue erigens la-
 pidem. ex huius arboris ramis oleū bene-
 dictionis in cacumē tituli infudit: vnde
 vixisti reges ⁊ prophetas tuos. Tu enī
 es christus dei. tibi competit fructus vincti-
 onis et pacis: in cui⁹ ineffabilem laudē
 psalmista cecinit dicens: vixit te deus deus
 tuus oleo exultationis pre participibus
 tuis. Quia propter supplices te dñe dep̄ca-
 mur: vt bene **✠** dicas hos ramos arbo-
 rū: quos tui famuli in suis suscipiētes
 manibz. in occurſū tuū properare teqz
 benedicere et glorificare desiderāt. Ecce hic
 iherusalem sedens sup alinū rex mansuetus
 aduenisti. Adueni ergo rogam⁹ et nobis.
 et in mediū nostri consiste: vt te adueni-
 re in nr̄is cordibz sentiamus: et qui nos
 tūc reparasti per crucem: iterū lapsos re-
 para per eandem beatificā passionem.

Oris nostri confessionē ac ieiunij humili
ationē libens suscipe: et fructū nos viri
ditatis habere concede: quatinus tuis im
bribus irrigati. mereamur tibi suauū
fructiū ubertate placere. Et sicut illi tibi
processerūt obuiā cum arboris frondibz
egressi: ita nos te redeunte in secundo adue
tu cū paluis victorie leti mereamur occurre
re saluatori mundi. Qui cū patre in unita
te spūs sancti uiuis et regnas deus. Per om
nia secula seculor. Amen.

**Dominica in
ramis palmarū missa Introit'**

Domine ne longe facias auxiliū tuū
a me. ad defensionē meā aspice libera
me de ore leonis et a cornibus unicorniū
humilitatem meā. **ps.** Deus deus meus respice
in me: quare me dereliquisti. Gloria nō dicat. **colla.**

Omnipotens sempiternus deus. qui hu
mano generi ad imitandū humili
tatis exemplū: saluatorē nostrū carnem
sumere et crucē subire fecisti: concede propitiū
ut et patientie ipsius habere documenta:

et resur.

et resurrectionis consortia mereamur. *Peim.*

Lectio epistole beati pauli apostoli ad philippenses.

Fratres. Hoc sentite in vobis: quod
et in christo iesu. Qui cum in forma
dei esset non rapinam arbitratus est esse se equi-
lem deo: sed semetipsum exinanivit formam
serui accipiens. in similitudinem hominum
factus: et habitu inuentus ut homo. Hu-
miliauit semetipsum factus obediens usque
ad mortem: mortem autem crucis. Propter
quod et deus illum exaltauit: et donauit il-
li nomen quod est super omne nomen. ut in
nomine iesu omne genu flectatur: cele-
stium. terrestrium. et infernorum. Et omnis
lingua confiteatur: quia dominus noster
iesus christus. in gloria est dei patris. *grā.*

Quoniam tenuisti manum dexteram meam in voluntate tua dedu-
xisti me et cum gloria assumpsisti me. *v.* Quoniam bonus israel de-
rectis cordis mei autem pene moti sunt pedes pene effusi sunt
gressus mei. quia zelam in peccatoribus pacem peccatorum vides.

Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. *trac.*
v. Longe a salute mea verba delictorum meorum.

ver Deus meus clamabo per diem nec exaudies et nocte et non ad insipientiam mihi. **v.** Tu autem in sancto habitas laus israel. **v.** In te sperauerunt patres nostri sperauerunt et liberaasti eos. **v.** Ad te clamauerunt et salui facti sunt. in te sperauerunt et non sunt confusi. **ver.** Ego autem sum vermis et non homo obprobrium hominum et abiectio plebis. **ver.** Omnes qui videbant me aspernabantur me. locuti sunt labijs et mouerunt caput. **ver.** Sperauit in domino eripiat eum. saluum faciat eum quem vult eum. **v.** Ipsi vero consideraerunt et despererunt me diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem. **v.** Libera me de ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam. **v.** Qui timetis dominum laudate eum vniuersum semine iacob magnificate eum. **v.** Annuntiabitur domino generatio ventura et annuntiabunt celi iustitiam eius. **v.** Populo qui nascetur quem fecit dominus. **Ad missam matut. Scdm mattheum.**
Nullo tempore. Cum appropinquasset iesus hierosolymis: et venisset bethphage ad montem oliueti: tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est: et statim inuenietis asinam alligatam

9
gatā ⁊ pullū cū ea. **D**oluite et adducite mi-
hi. **E**t si quis vobis aliquid dixerit: dicate
quia dominus his opus habet. et confestim
dimittet eos. **H**oc autē totū factū est: ut
adīpleretur qđ dictū est p̄ prophā; dicēte.
Dicate filie sion. Ecce rex tuus venit tibi
mansuetus: et sedens sup̄ asinā ⁊ pullum
filiū subuigalis. **E**ūtes autē discipuli: fece-
rūt sicut precepit illis iesus. **E**t adduxerūt
asinā et pullū: et imposuerūt sup̄ eos ve-
stimenta sua. et cū desuper sedere fecerunt.

Plurima autē turba strauerūt vestimēta
sua in via. **A**lij autē cedebāt ramos de arbo-
ribus: et sternebant in via. **T**urbe autem
que precedebant et que sequebantur. clama-
bant dicentes. **O**sanna filio dauid: bene-
dictus qui venit in nomine domini. **A**d
missā maiorem dicit Dominus vobiscū.

In illo passio d. n. iesu c. scđm matth.
tempore. **D**ixit iesus discipulis su-
is. **S**citis quia post biduū pascha
fiet: et filius hominis tradetur ut crucifi-

gatur: Tūc congregati sūt principes sacer-
dotū et seniores populi in atriu principis
sacerdotū: qui dicebatur caphas. et cōsili-
um fecerūt vt iesū dolo tenerēt et occiderent.
Dicebant autē. Non in die festo. Ne forte
tumultus fieret in populo. Cū autē esset
iesus in bethania in domo simonis lepro-
si: accessit ad eū mulier habens alabastrū
vnguenti pretiosi. et effudit sup caput ipsi-
us recūbentis. Videntes autē discipuli: in-
dignati sūt dicentes. Vt quid p̄ditio hec?
Potuit enī istud venūdari multo: et dari
pauperibus. S̄ciens autē iesus: ait illis.
Quid molesti estis huic mulieri? Opus bo-
nū operata est in me. Nā semp pauperes
habetis vobiscū: me autē non semper ha-
bebitis. Mittens enī hec vnguentū hoc in
corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Amen
dico vobis: vbiūq; predicatū fuerit hoc
euāgelīū in toto mūdo: dicatur et quod hec
fecit in memoriā eius. Tūc abiit vnus de du-
odecim qui dicitur iudas scharioth ad prina-

pes sacerdotū: et ait illis. **Q**uid vultis mihi
 dare: et ego eū vobis tradam. At illi cōstitu-
 erūt ei triginta argenteos. Et exinde q̄rebat
 oportunitatē ut eū traderet. **P**rima autem
 die azimor: accesserūt ad iesū discipuli di-
 centes. **V**bi vis parem' tibi comedere pascha?
At iesus dixit. **I**te in civitatem ad quendam:
 et dicate ei. **M**agister dicit. **T**empus meū
 prope est: apud te facio pascha cū discipu-
 lis meis. **E**t fecerūt discipuli sicut cōstituit
 illis iesus: et paraverūt pascha. **V**espere
 autē facto: discūbebat cū duodecim disci-
 pulis suis. **E**t edentibus illis dixit. **A**men
 dico vobis: quia vnus vestrū me traditu-
 rus est. **E**t contristati valde: ceperūt sin-
 guli dicere. **N**unquid ego sū domine? **A**t
 ipse respondens ait. **Q**ui intingit mecum
 manū in parapside: hic me tradet. **F**ilius
 quidē hominis vadit sicut scriptum est
 de illo. **D**e autē homini illi: per quē filius
 hominis tradetur. **H**onū erat ei: si natus
 nō fuisset homo ille. **R**espondens autem

iudas qui tradidit eū: dixit. **N**unquid ego
sūm rabbi? **A**it illi. **T**u dixisti. **C**enantibus
autē eis. accepit iesus panē. et benedixit ac
fregit: deditq; discipulis suis et ait. **A**ccipite
et comedite: hoc est corpus meū. **E**t accipies
calicē gratias egit: et dedit eis dicens. **S**ibite
ex hoc omēs. **H**ic est enī sanguis meus noui
testamenti: qui pro multis effundet in re
missionē peccatorū. **D**ico autē vobis: non
bibam amodo de hoc genere vitis. vsq;
in diem illū cū illud bibā vobiscū nouū in
regno patris mei. **E**t hymno dicto: exierūt
in mōtem oliueti. **T**ūc dixit illis iesus. **O**m
nes vos scandalū patiemini in me in ista
nocte. **S**criptū est enī. **P**ercutiā pastore: et di
spersentur oues gregis. **P**ostquā autē resur
rexero: p̄cedam vos in galileā. **R**espondens
autē petrus. ait illi. **E**t si omēs scandalizati
fuerint in te: ego nūquā scandalizabor. **A**it
illi iesus. **A**men dico tibi: quia in hac nocte
antequā gallus cantet. ter me negabis. **A**it
illi petrus. **E**tiam si oportuerit me mori te

41
cū: nō te negabo. Similiter et omnes discipu-
li dixerūt. Tūc venit iesus cū illis in villam
que dicitur gethsemani: et dicit discipulis
suis. Sedete hic donec vadam illuc et orē. Et as-
cūpto petro et duobus filijs zebedi: cepit con-
tristari et mestus esse. Tūc ait illis. Tristis
est anima mea usq; ad mortē. Sustinete hic
et vigilate. Et progressus pusillū: procidit
in faciem suā orans et dicens. **Adi** pater: si
possibile est: transeat a me calix iste. Verūta-
men nō sicut ego volo: sed sicut tu. Et venit
ad discipulos suos: et inuenit eos dormientes.
Et dicit petro. Sic nō potuisti vna hora vigi-
lare meū? **Vigilate** et orate. vt nō intretis in
tentationem. **S**piritus quidem promptus est
caro autē infirma. **I**terū secundo abiit. et ora-
uit dicens. **P**ater mi: si nō potest hic calix trā-
sire nisi bibam illū. fiat voluntas tua. **E**t ve-
nit iterū: et inuenit eos dormientes. **E**rant
enī oculi eorū grauati. **E**t relictis illis: iterū
abiit. et orauit tercio eundē sermonē dicens.
Tunc venit ad discipulos suos: et dicit illis.

Dormite iam et requiescite. Ecce appropinqua-
bit hora: et filius hominis tradetur in ma-
nus peccatorum. Surgite enim: ecce appro-
pinquabit qui me tradet. Adhuc ipso loquen-
te: ecce iudas vnus de duodecim venit. et cum eo
turba multa cum gladijs et fustibus: missi
a principibus sacerdotum et senioribus populi.
Qui autem tradidit eum: dedit illis signum di-
cens. Quicumque osculatus fuero ipse est. te-
nete eum. Et confestim accedens ad iesum. dixit.
Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi ie-
sus. Amice: ad quid venisti? Tunc accesserunt
et manus iniecerunt in iesum: et tenuerunt eum.
Et ecce vnus ex his qui erant cum iesu: extendens
manum exemit gladium. et percussit seruum prin-
cipis sacerdotum: amputauit auriculam eius.
Tunc ait illi iesus. Conuerte gladium tuum in
locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium:
gladio peribunt. An putas quia non possum ro-
gare patrem meum: et exhibebit mihi modo plus
quam duodecim legiones angelorum? Quomo-
do ergo implebuntur scripture: quia sic oportet

tet fieri? In illa hora dixit iesus turbis. Tanquā
 ad latronē existis cū gladijs et fustibus cōpre-
 hendere me: quotidie apud vos sedebā docens
 in templo: et nō me tenuistis. Hoc autē totū
 factū est. ut adimplerētur scripture ppheta-
 rū. Tūc discipuli omnes relicto eo fugerunt.
 At illi tenentes iesū. duxerūt eū ad caypham
 principē sacerdotū: ubi scribe et seniores cōue-
 nerāt. Petrus autē sequebatur a longe eum
 vsq; in atriuū principis sacerdotū. Et ingres-
 sus intro: sedebat cū ministris ut videret fi-
 nē. Principes autē sacerdotū et omne concil-
 liū. querebāt falsū testimoniū contra iesū:
 ut eū morti traderent. Et nō inuenerūt: cum
 multi falsi testes accessissent. Nouissime au-
 tem venerūt duo falsi testes: et dixerūt. Hic
 dixit. Possū destruere templū dei: et post tri-
 duū reedificare illud. Et surgens princeps
 sacerdotū ait illi. Nihil respondes ad ea que
 isti aduersū te testificātur? Iesus autē tace-
 bat. Et princeps sacerdotū ait illi. Adiuro
 te per deū viuū. ut dicas nobis si tu es christus?

filii dei? Dicit illi iesus. Tu dixisti. Veritatem
dico vobis: a modo videbitis filium hominis se-
dentem a dextris virtutis dei. et venientem in nu-
bibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit ve-
stimenta sua dicens. Blasphemavit. Quid
adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis
blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi re-
spondentes dixerunt. Hec est mortis. Tunc
expuerunt in faciem eius: et collaphis eum cecide-
runt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt
dicentes. Prophetiza nobis christe. quis est qui
te percussit? Petrus vero sedebat foris in atrio.
et accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu
cum iesu galileo eras. At ille negavit coram omni-
bus dicens. Nescio quid dicas. Exiit autem
illo ianuam: vidit eum alia ancilla et a istis qui
erant ibi. Et hic cum iesu nazareno erat. Et iterum
cum negavit cum iuramento: quia non novi ho-
minem. Et post pusillum accesserunt qui sta-
bant et dixerunt petro. Vere et tu ex illis es.
Nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc
cepit detestari et iurare quia non novisset ho-

minē. Et continuo gallus cātauit. Et retro/
 datus est petrus verbi iesu quod dixerat. pri/
 usquā gallus canter: ter me negabis. Et e/
 gressus foras fleuit amare. Mane autem
 facto. conciliū inierūt omēs principes sa/
 cerdotū ⁊ seniores populi aduersus iesum:
 ut eū morti traderent. Et vinctū adduxe/
 rūt eū: et tradiderūt pontio pylato presidi.
 Tūc videns iudas qui eū tradidit qđ damna/
 tus esset: penitentia ductus retulit triginta
 argenteos principibus sacerdotū et seniori/
 bus dicens. Peccaui: tradens sanguinē in/
 stū. At illi dixerūt. Quid ad nos: tu videris.
 Et proiectis argenteis in templo recessit. et
 abiens laqueo se suspendit. Principes autē
 sacerdotū: acceptis argenteis dixerūt. Non
 licet eos mittere in corbanā: quia pretiū sā/
 guinis est. Consilio autē inuito: emerunt
 ex eo agrū figuli in sepulturā peregrinorū.
 Propter hoc vocatus est ager ille achelde/
 mach. hoc est ager sanguinis: vsq; in hodi/
 ernū diem. Tunc impletū est quod dictum

est per prophetā hieremiā dicentē. Et acce-
perūt triginta argenteos. pretiū appretian
quē appretiauerūt a filijs israel: et dederūt
eos in agrū figuli. sicut constituit michi
dñs. Iesus autē stetit ante presidem: et inter-
rogauit eū preses dicens. Tu es rex iudeor?
Dicit illi iesus. Tu dicis. Et cū accusaret
a principibus sacerdotū et senioribz: nichil
respondit. Tūc dicit illi pylatus. Non au-
dis quāta aduersū te dicūt testimonia? Et
nō respondit ei ad ullū verbū: ita ut mira-
retur preses vehementer. Per diē autē solen-
nē consueuerat preses populo dimittere v-
nū vinctū: quē voluissent. Habebat autē
tūc vinctū in signū: qui dicebatur barra-
bas. Congregatis ergo illis: dixit pylatus.
Quē vultis dimittā vobis: barrabā. an ie-
sū qui dicitur christus? Dicebat enī qd per
inuidiā tradidissent eū. Dedente autē illo
pro tribunali: misit ad eū vxor eius dicens.
Nichil tibi et iusto illi. multa enī passa
sū hodie per visū propter illū. **P**rincipes

autē sacerdotū ⁊ seniores: plura serūt popu-
 lus ut peterent barrabā. ielū vero perderent.
Respondens autē preles ait illis. **Q**uē vul-
 tis vobis de duobus dimitti? **A**t illi dixerūt.
Barrabam. **D**icit illis pylatus. **Q**uid igni-
 tur faciā de ielu qui dicitur christus? **D**icit
 omnes. **C**rucifigatur. **A**t illis preles. **Q**uid
 enī mali fecit? **A**t illi magis clamabant cru-
 cifigatur. **V**idens autē pylatus quia nichil
 proficeret. sed magis tumultus fieret: acce-
 pta aqua lauit manus corā populo dicens.
Innocens ego sū a sanguine iusti huius:
 vos videritis. **E**t respondens vniuersus po-
 pulus dixit. **D**āgnus eius sup nos: et super
 filios nostros. **T**ūc dimisit illis barrabā.
 ielū vero flagellatū tradidit eis. ut cruci-
 figeretur. **T**ūc milites presidis susipientes
 ielū in pretorio: congregauerūt ad eū vni-
 uersā cohortē. et exuentes eū: chlamidem
 cocineā circūdederūt ei. et plectentes coronā
 de spinis posuerūt super caput eius: et arcū
 dinē in dextera eius. **E**t genu flexo ante eū.

illudebant ei dicentes. Aue rex iudeorū. Et ex-
pucutes in eū. acceperūt acūdinē ⁊ percute-
bant caput eius. Et postquā illuserūt ei. ex-
uerūt eū clamide: et induerūt eū vestimen-
tis eius. et duxerūt eū ut crucifigeretur. Exeu-
tes autē. inuenērūt hoīem cyrenē nōie simo-
nē. hūc angariauerūt: ut tolleret crucē ei.
Et venerūt ī locū qui dicit golgatha: qđ est
caluarie locus. Et dederūt ei vinū bibere:
cū felle mixtū. Et cū gustasset: noluit bi-
bere. Postqđ autē crucifixerūt eū. diuiserūt
vestimēta ei: sortē mittētes. ut adimpleret
qđ dictū est p̄ p̄phetā dicēte. Diuiserūt sibi
vestimēta mea ⁊ sup vestē meā miserunt
sortē. Et sedētes seruabāt eū. Et ip̄osuerūt
sup caput ei⁹ causā ipsius scriptā. hic est ie-
sus rex iudeorū. Tūc crucifiri sūt cū eo duo la-
trones: vn⁹ a dextris ⁊ vnus a sinistris. p̄te-
rētes autē blasphemābāt eū mouēte capita
sua ⁊ dicētes. Vach qđ destruit tēplū dei ⁊ ī tridu-
o illd̄ rēdificat. salua temetipsū. si fili⁹ dei es
desce de cruce. Dicit ⁊ p̄ncipes sacerdotū illudē

tes aut scribis et senioribus dicebant. **A**lios saluos
 fecit. seipsum non potest saluum facere. si rex israel
 est: descendat nunc de cruce et credimus ei. **C**onfidit in deo
 liberet eum nunc si vult. **D**ixit enim quia filius dei
 sum. **I**duum autem et latrones qui crucifigi erant cum
 eo: improbabant ei. **A** sexta autem hora tenebre fa-
 cte sunt super uniuersam terram. usque in horam nonam: et cir-
 ca horam nonam. exclamauit iesus voce magna
 dicens. **H**eli heli lamazabathani. **H**oc est
 deus meus deus meus: ut quid dereliquisti me.
Quidam autem illic stantes et audientes dicebant.
Heliam vocat iste. **E**t continuo currens unus
 ex eis. acceptam spongiam impleuit aceto: et im-
 posuit arundini. et dabat ei bibere. **C**eteri ve-
 ro dicebant. **N**unc videamus an veniat helias
 liberans eum. **I**esus autem iterum clamans voce
 magna: emisit spiritum. **E**t ecce velum templi
 scissum est in duas partes a summo usque deorsum.
 et terra mota est: et petre scisse sunt. et monu-
 menta aperta sunt: et multa corpora sanctorum qui
 dormierant surrexerunt. **E**t exiuites de monu-
 mentis post resurrectionem eius venerunt in

sanctā ciuitatem. et apparuerūt multis. Cen-
turio autē et qui cū eo erant custodientes ie-
sū. viso terre motu et his que fiebant: timue-
rūt valde. dicentes. Vere: filius dei erat iste.
Erant autē ibi mulieres multe a longe. que
secute erāt iesū a galilea: ministrantes ei.
Inter quas erat maria magdalena et maria
iacobi et ioseph mater. et mater filiorū zebe-
dei. Cū autē sero factū esset: venit quidam
homo diues ab arimathia nomine ioseph.
qui et ipse discipulus erat iesu: hic accessit
ad pylatū et petijt corpus iesu. Tūc pylatus
iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph
involuit illud in syndone mūda: et posuit
illud in monumēto suo nouo quod exciderat
in petra. et aduoluit saxū magnū ad ostium
monumēti et abiit. Erāt autē ibi maria mag-
dalena et altera maria: sedentes iuxta sepulcrū.
Alterā autē die que est post parasceuē. cōue-
nerūt principes sacerdotū et pharisei ad py-
latū dicentes. Domine recordati sumus. quia
seductor: ille dixit adhuc uiuens: post tres

dies resurgam. **I**nbe ergo custodiri sepulchrū
 usq; in diem tertium: ne forte veniant discipu-
 li eius et furentur eū. et dicāt plebi surrexit
 a mortuis. Et erit nouissimus error: peior
 priore. **A**it illis pylatus: **H**abetis custodiā.
 ite custodite sicut scitis. **I**lli autē abeuntes
 munierūt sepulchrū: signātes lapidem cum
 custodibus. **Q**redo. **Off.** **I**mproperium expec-

tauit cor meū et miserā et sustinui qui simul contrista-
 retur et nō fuit. consolantē me quesivi et nō inueni: et
 dederūt in escā meā fel et in siti meā potauerūt me aceto.

Quoniam quīs dñe ut oculis tue **Secreta.**
 maiestatis inuuis oblatū: et gratiā nobis
 deuotionis obtineat. et effectū beate peni-
 tatis acquirat: **Per do. Prefatio. Qui salu. cōi.**

Pater si nō potest hic calix transire nisi bibā illum

Per huius **post cōiōm** fiat voluntas tua.

Dñe operationē mysterij: et vitia nrā pur-
 gētur. et iusta desideria compleantur: **P.**

feria secunda Ad missā Introitus.

Iudica domine nocentes me expugna impugnātes
 me apprehende arma et saltū et exurge in adiuto

riū meū dñe virtus salutis mee. **ps.** Effunde freamē
et concludē aduersus eos qui me persequuntur. **Colla.**

DA quīs omnipotens deus. ut qui in tot
aduersis ex nostra infirmitate desi
cimus: intercedente unigeniti filij tui pas
sione respicemus: Qui tecū vivit et regnat.

Lectio eliae prophete. Capitulo quingentesimo.

IN diebus illis. Dixit elias. Domine
deus aperuit mihi aurē: ego autem nō
contradico. retrorsū nō aby. Corpus meū
dedi percutientibz: et genas meas vellenti
bus. faciem meā nō auerti ab increpanti
bus et Aspicientibus in me. Dñs deus auxili
ator meus: ideo nō sū confusus. Ideo posui
faciē meā ut petra durissimā: et scio quā
nō confundar. Iuxta est qui iustificat me q̄s
contradicit mihi. stemus simul: quis est ad
uersarius meus. accedat ad me? Ecce domi
nus deus auxiliator meus: quis est qui cō
dempnet me? Ecce omnes quasi vestimen
tū conterentur: tinca comedet eos. Quis
ex vobis timens dominū: audiens vocem

17
serui sui: Quis ambulauit in tenebris et non
est lumē ei? Speret in nomine dñi: et inni-
tatur super domino deo suo. **Gradale.**

Exurge dñe et intende iudiciū meū deus meus. et dñs
meus in causā meā. **v.** Effunde frameā et concludē adu-
sus eos qui me psequuntur. **Tractus.**

Domine nō secundū peccata nrā facias nobis
neq; scdm iniquitates nostras retribuas no-
bis. **D**omine ne memineris iniquitatū nostrarū an-
tiquar. cito anticipent nos misericordie tue quia pau-
peres facti sumus nimis. **A**d diuina nos deus saluta-
ris nr̄ et ppter glām nominis tui dñe libera nos et pro-
picius esto p̄cis nostris propter nomē tuū. **Euāgel.**

Ante sex dies pasche **Secūdū Joannē**
venit iesus bethaniā. ubi fuerat la-
zarus mortuus: quē suscitauit iesus. Fete-
rūt autē ei cenā ibi: et martha ministra-
bat. Lazarus vero vnus erat ex discipulis
cū eo. **M**aria ergo accepit librā unguenti
nardī pistici preciosi: et unxit pedes iesu. et
exterlit capillis suis pedes eius: et domus
impleta est ex odore unguenti. **D**icit ergo

vnus ex discipulis eius iudas schariothis:
qui erat eū traditurus. **Q**uare hoc unguē
tū nō venit trecentis denarijs: et datū est e
genis? **D**ixit autē hoc nō quia de egenis per
tinebat ad eū: sed quia fur erat et loculos ha
bens. ea que mittebantur portabat. **D**ixit
ergo iesus. **D**umte illā: vt in die sepul tu
re mee seruet illud. **P**auperes enī semp habe
tis vobiscū: me autē non semper habebitis.
Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia
illic est. et venerūt non propter ielū tantum:
sed vt lazarū viderēt. quē suscitauit a mor
tuus. **C**ogitauerūt autē principes sacerdo
tū vt et lazarū interficerēt: quia multi pro
pter illū abibant ex iudeis. et credebant in
ielū. **I**n crastinū autē turba multa que ve
nerat ad diē festū cū audissent quia venit
ielus hierosolimā: acceperūt ramos palma
rū. et processerūt obuiā ei et clamabāt. **O**
sanna. benedictus qui venit in nomine do
mini: rex israel. **E**t inuenit iesus asellū. et
sedit sup eū: sicut scriptū est. **N**oli timere

18
filia sion: ecce rex tuus venit sedens sup pul
lū asine. **H**ec nō cognouerūt discipuli eius
primū: sed quādo glorificatus est iesus. tūc
recordati sunt quia hec erāt scripta de eo ⁊ hec
fecerunt ei. **T**estimoniū ergo phibebat tur
ba que erat cū eo quando lazarū vocauit de
monumento: et suscitauit eū a mortuis.
Propterea et obuiā venit ei turba: quia au
dierūt eū hoc fecisse signū. **P**harisei ergo di
xerūt ad semetipsos. **V**idētis quia nihil pro
ficiamus? **E**cce mūdus totus post eū abiit. **E**
rant autē gentiles quidā ex his. qui ascende
rūt ut adorarent in die festo. **H**ij ergo acces
serūt ad philippū: qui erat a bethsaida ciui
tate galilee. et rogabant eū dicentes. **D**ñe:
volumus iesū videre. **V**enit philippus et dicit
andree. **A**ndreas rurū et philippus dixerunt
iesu. **I**esus autē respondit eis dicens. **V**enit
hora: ut filius hominis clarificetur. **A**men
amē dico vobis: nisi granū frumētī cadens
in terrā mortuū fuerit: ipsū solū manet. **S**i
autē mortuū fuerit: multū fructū affert.

Qui amat animā suā p̄det eā: et qui odit
animā suā in hoc mūdo. in vitā eternā custo
dit eā. Si quis mihi ministrat: me sequatur.
Et ubi ego sū: illic et minister meus erit. Si
quis mihi ministraverit: honorificabit eū
pater meus. **N**ūc aīa mea turbata est: et q̄d
dicā? **P**ater saluifica me ex hac hora. **D**ed pro
pterea veni in horā hāc. **P**ater. clarifica no
mē tuū. **V**enit vox de celo. **E**t clarificauit. **A**ite
rū clarificabo. **T**urba ergo que stabat et au
dierat: dicebat tonitruū factū esse. **A**lii dice
bant: angelus ei locutus est. **R**espondit ie
sus et dixit. **N**ō p̄pter me vox hec venit: sed pro
pt̄ter vos. **N**ūc iudiciū est mūdi: nūc princip̄
huius mūdi eijactur foras. **E**t ego si exalta
tus fuero a terra: omnia trahā ad meipsum.
Hoc autē dicebat: significans qua morte es
set morturus. **R**espondit ei turba. **N**os au
diuimus ex lege: quia christus manet in e
ternū. **E**t quomodo tu dicas. oportet exalta
ri filiū hominis? **Q**uis est iste filius homi
nis? **D**ixit ergo eis iesus. **A**d huc modicum

luminē in vobis est. **A**mbulate dū lucē habetis: ut nō vos tenebre comprehendāt. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadit. **D**ū lucē habetis credite in lucē: ut filij lucis sitis. **H**ec locutus est iesus et abiit: et abscondit se ab eis.

Ripe me de iniuriis meis domine ad te cōfugi. **Off.** doce me facere voluntatē tuā quia deus meus est tu. **Serā.**

Sacrificia nos quesumus domine propensius ista restaurent: que medicinalibz sunt instituta ieiunijs: **P**er dominū nr̄m. **Coīo.**

Rubescant et reuereātur simul qui gratulantur malis meis. induātur pudore et reuerētia q̄ maligna

Prebeant **Post coīom** loquūtur aduersū me. nobis dñe diuinū tua sancta feruorē: quo corū pariter et actu delectemur et fructu: **P**er.

S̄ populū. Oremus. humiliare capita v̄ra deo.

Adiuuā nos deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es. tribue venire gaudentes: **P**er.

Seria tertia. Ad sanctā priscam. Statio.

Nos autē gloriari oportet in cruce domini nostri iesu chusti in quo est salus vita et resur

rectio nra per que saluati et liberati sumus. **ps.** Deus
misereatur nri et benedicat nobis: illuminet vultu
suu sup nos et misereatur nri. **no dicatur** **Gla.** **Ore**

Omnipotens **Oratio** mis. **Hectam' ge. Ieua.**
sempiternus deus. da nobis ita dominice
passionis sacramenta peragere: vt indulge
tia picipere mereamur: **Per eundem do. no.**

In diebus **lectio hieremie phete. Cap. xi.**
illis. **Dixit hieremias.** Dne demonstra
sti mihi et cognoui: tu ostendisti mihi studia
eoru. Et ego quasi agnus mansuetus qui
portatur ad victimam: et no cognoui quia
cogitauerunt super me consilia dicentes. Veni
te mittamus lignu in pane eius: et erada
mus eu de terra viuentiu: et nome eius no
memoretur amplius. Tu autē dne sabaoth
qui iudicas iuste: et probas renes et corda:
videā queso vltionē tuā ex eis. Tibi enī reue
laui causā meā: domine deus meus. **Grad.**

Ego autē cū mihi molesti essent induebā me cilicio:
humiliabā in ieiunio animā meā et oratio mea in si
nu meū conuertetur. **v.** **Iudica domine nocentes me**

expugna impugnātes me: apprehende arma et scutū
et exurge in adiutoriū mihi. **D**ominus vobiscū.

Passio dñi nři Jesu Christi. Scđm marcūm.

In illo tempore. Erat pascha et azima
post biduū: et querebant sūmi sacerdo
tes et scribe. quomodo iesū dolo tenerent et
occiderent. Dicebant enim. Nō in die festo.
Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum
esset bethanie in domo simonis leprosi. et re
cūberet: venit mulier habens alabastrū vn
guenti nardi spicam preñosi. et fracto alaba
stro: effudit sup caput eius. Erant autem
quidā indigne ferentes intra semetipsos et
dicentes. Ut quid perditio ista vngenti facta
est? Poterat enī vnguentū istud venūdari
plusquā trecentis denarijs: et dari pauperi
bus. Et fremebant dentibus in eā. Iesus
autē dixit. Dimite eam. quid illi molesti estis?
Bonū opus operata est in me. Semper enī
pauperes habetis vobiscū: et cū volueritis
potestis illis benefacere. me autē nō semp
habebitis. Quod habuit hec fecit: puenit

enū ungerere corpus meū in sepulturā. Amen
dico vobis: vbiūq; predicatū fuerit euau-
gelium istud. in vniuerso mūdo: et quod hec
fecit narrabitur in memoriā eius. Et iudas
schariothis vnus de duodecim. abiit ad sum-
mos sacerdotes: vt proderet eū illis. Qui au-
dientes gauisi sūt: et promiserūt ei pecuni-
am se daturus. Et querebat quomodo illum
oportune traderet. Et primo die azimorū.
quando pascha imolabāt: dicūt ei discipu-
li. Quo vis eamus et paremus tibi vt mādu-
ces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis.
et dicit eis. Ite in ciuitatē. et occurret vobis
homo lagenā aque vauilans: sequimini eū.
et quocūq; introierit dicit dñō domus: q̄ia
magister dicit. Vbi est refectio mea: vbi pas-
cha cū discipulis meis manducet? Et ipse vo-
bis demonstrabit cenaculū grande stratū: et
illic parate nobis. Et abierūt discipuli eius.
et venerūt in ciuitatē: et inuenerūt sicut dice-
rat illis. et parauerūt pascha. Vespere autē
facto: venit cū duodecim. Et discumbenti

bus eis et māducātibz: ait ielus. **A**mē dico vo
 bis. quia vnus ex vobis tradet me: qui man
 ducat meū. **A**t illi ceperūt contristari: crēdi
 cere ei singulatim. **N**unquid ego? **Q**ui ait
 illis. **V**nus ex duodecī q̄ int̄git meū manū
 in catino. **E**t filius quidem hominis vadit
 sicut scriptū est de eo. **V**e autē homini illi per
 quē filius hominis tradetur. **B**onū erat ei:
 si nō esset natus homo ille. **E**t māducātibz
 illis: accepit ielus panē. et benedicens fre
 git et dedit eis: et ait. **M**unite. hoc est corpus
 meū. **E**t accepto calice: gratias agens dedit
 eis. **E**t biberūt ex illo omnes. **E**t ait illis. **H**ic
 est sanguis meus noui testamēti: qui pro
 multis effundetur. **A**mē dico vobis: q̄ iam
 nō bibā de genuine vitis vsq; in diē illum.
 cū illud bibam nouū in regno dei. **E**t h̄no
 dicto: exierūt in montē oliuarū. **E**t ait illis
 ielus. **O**mnes vos scandalizabimini in me
 in ista nocte: quia scriptū est. **P**ercutiam
 pastorē: et dispergentur oues gregis. **S**ed
 postq̄m resurrexero: **P**recedam vos in gali

leā. Petrus autē ait illi. Et si omēs scanda-
lizati fuerint: sed nō ego. Et ait illi iesus.
Amē dico tibi: quia tu hodie in nocte hac
priusquā gallus bis vocē dederit. ter es me ne-
gaturus. At ille amplius loq̄batur. Et si
oportuerit me simul d̄mori tibi: nō te nega-
bo. Similiter autē et omnes dicebāt. Et ve-
niūt in prediū cui nomē gethsemani: et ait
discipulis suis. Sedete hic: donec orē. Et assu-
mit petrū et iacobū et ioannē scā: et cepit
pauere ⁊ tedere. Et ait illis. Tristis est anima
mea vsq; ad mortē. Sustinete hic et vigilate.
Et cū p̄cessisset paululū: proadit sup terrā
et orabat: ut si fieri posset transiret ab eo
hora. Et dixit. Abba pater. om̄ia tibi possi-
bilia sunt. transfer calicē hūc a me. Sed nō
qd̄ ego volo. sed qd̄ tu. Et venit: et inuenit
eos dormiētes. Et ait petro. Dymō dormis?
Non potuisti vna hora vigilare meā? Vi-
gilate ⁊ orate: ut nō intretis in tentationē.
Spiritus quidē promptus est: caro vero
infirma. Et iterū abiens orauit: eundē

sermonē dicens. Et reuersus deuiuo: inuenit
 eos dormientes. Erāt enī oculi eorū grauati:
 et ignorabant quid responderēt ei. Et venit
 tertio: et ait illis. Dormite iā et requiescite.
 Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius hoīs
 in manus peccatorū. Surgite eamus. Ecce
 qui me tradet. prope est. Et adhuc eo loquē
 te. venit iudas scharioth vnus de duodecim:
 et cū eo turba multa cū gladys et lignis.
 missi a sūmis sacerdotib; et a scribis et a seni
 orib;. Dederat aut̄ eis traditor signū dicens.
 Quēcumq; osculatus fuero ipse est. tenete eū:
 et ducite caute. Et cū venisset: statī accedens
 ad eū. ait. *Habbi.* Et osculatus est eū. At
 illi manus iniecerūt in iesū: et tenuerūt eū.
Unus autē de circūstantibus educens gladi
 um: percussit seruū sūmi pontificis. et am
 putauit illi auriculā. Et respondēs iesus:
 ait illis. Tanq̄ ad latronē existis cū gla
 dys et lignis: cōprehendere me. Quotidie
 erā apud vos in templo docens: et nō me te
 nuistis. Sed ut implerētur scripture. Tūc di

discipuli eius relinquētes eū omnes fugerūt.
Adoleſcens autē quidā ſequebatur eū: ami-
ctus ſindone ſup nudo. et tenuerūt eū. At il-
le reiecta ſindone: nudus profugit ab eis.
Et adduxerūt ielū ad ſūmū ſacerdotē: et cō-
uenerūt omnes ſacerdotes ⁊ ſcribe et ſenio-
res. **P**etrus autē a longe ſecutus eſt eū vſq̄
intro in atriuū ſūmi ſacerdotis: et ſedebat cū
miniſtris et caleſaciebat ſe ad ignē. **D**ūmi-
vero ſacerdotes et omne conciliū. querebāt
aduerſus ielū testimoniū: vt eū morti tra-
derent. nec inueniebant. **N**ulti enī falſū testi-
moniū dicebant aduerſus eū: et cōueniētia
testimonia nō erāt. **E**t quidā ſurgentes: fal-
ſū testimoniū ferebant aduerſus eū dicētes.
Qm̄ nos audiuiſimus eū dicentē. **E**go diſ-
ſoluā hoc templū manufactū. et poſt tridu-
um aliud nō manufactū edificabo. **E**t nō
erat ueniens testimoniū eorū. **E**t erurgēs
ſūmus ſacerdos in mediū: interrogauit ie-
ſū dicens. **N**on reſpondes quicquid ad ea.
que tibi obyaūtur ab his? **I**lle autē tace-

bat: et nihil respondit. **R**ursū sūmus sa-
 cerdos interrogauit eū et dixit ei. **T**u es chri-
 stus filius dei benedicti? **J**esus autē dixit il-
 li. **E**go sum. **E**t videbitis filiū hominis se-
 dentem a dextris virtutis dei. et venientē cum
 nubibus celi. **D**ūmus autē sacerdos scindēs
 vestimēta sua. ait. **Q**uid adhuc desideram?
 testes? **A**udistis blasphemiam? **Q**uid vobis
 videtur? **Q**ui omēs condempnauerūt eum
 esse reū mortis. **E**t ceperūt quidā spucere eū.
 et velare faciē eius et collaphis eū cedere: et
 dicere ei. **P**rophetiza. **E**t ministri eū alapis
 cedebant. **E**t cū esset petrus in atrio deorsum:
 venit vna ex ancillis sūmi sacerdotis. et cū
 vidisset petrū calefacientē se aspiciēs illum
 ait. **E**t tu cū iesu nazareno eras. **A**t ille ne-
 gauit dicens. **N**eq; scio neq; noui quid dica!
nibus aduersitatibus eruamur. *P eūde.*

Lectio libri Sapientie. Canticorū secūdo.

Ecce iste venit saliens in montibz
trāsiliens colles. Similis est dile-
ctus meus capree hūnuloq; ceruorū. En
ipse stat post parietē nr̄m: aspiciens per
fenestras. prospiciens per cancellos. En
dilectus meus loquitur michi. Surge
propera amica mea: columba mea. for-
mosa mea et veni. Jam enī hiems tran-
sijt: imber abiit et recessit. Flores appa-
ruerūt in terra nr̄a: tempus putationis
aduenit. Vox turturis audita est in ter-
ra nr̄a: ficus protulit grossos suos. vinee
florentes dederūt odorē suū. Surge. pera
amica mea. speciosa mea: et veni colū-
ba mea. in foraminibus petre: in cauer-
na macerie. Ostende michi faciē tuā: so-

107
107
net vox tua in auribus meis. Vox enim
tua dulcis: et facies tua decora. *Gradale.*

Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam.
et deducet te mirabiliter dextera tua. *V.* Audi filia et
vide et inclina aurem tuam. quia concupivit rex speciem
tuam. **H**alleluia. *V.* Ave stillans melle alvearium.
ave veri salomonis ferculum. ave verbi dei tu sacra-
rium. ave deitatis receptaculum maria. **H**alleluia.
humilis marie benignitas per secula commendatur
dum visitans elizabeth ut subdita parabatur.

Secundum lucam. Capitulo primo.

In illo tempore. Erurgens maria
abiit in montana cum festinatione
in civitatem iuda: et intrauit in domum za-
charie. et salutavit elizabeth. Et factum
est ut audiuit salutationem marie eliza-
beth: exultavit infans in utero eius. Et
repleta est spiritu sancto elizabeth: et
exclamavit voce magna. et dixit. Be-
nedita tu inter mulieres: et benedictus
fructus ventris tui. Et vnde hoc michi
ut veniat mater domini mei ad me. Et

ce enī vt facta est vox salutationis tue in
auribus meis: exultauit in gaudio īfans
in utero meo. Et beata que credidisti: quā
perficiētur ea que dicta sūt tibi a dño.
Et ait maria. Magnificat anima mea
dominū. Et exultauit spiritus meus in
deo salutari meo. Quia respexit humi
litate ancille sue: ecce enī ex hoc beatam
me dicent omnes generationes. Quia
fecit mihi magna qui potens est: et san
nomē eius. Et misericordia eius a pro
genie in progenies: timentibz eū. fecit
potentiā in brachio suo: dispersit supbos
mente cordis sui. Deposuit potentes dese
de: et exaltauit humiles. Esurientes im
pleuit bonis: et diuites dimittis inanes
Dulcepit israel puerū suū: recordatus
misericordie sue. Sicut locutus est ad pa
tres nros: abrahā et semini eius in secu
la. Mansit autē maria cū illa quasi
mensibus tribus: et reuersa est in domū
suā. Credo. **Offert.** **F**elix nāq; es sacra virgo ma

ria et omni laude dignissima. quia ex te ortus est
sol iusticie christus deus noster alleluia. **Secreta.**

Om̄ps sempiternus deus. qui curā de om̄
nibus in te confidentibz semp habes. pre
sta quīs: ut per oblationē quā tibi offe
rimus: visitationē spiritualē beate ma
rie virginis in nr̄is necessitatibus senti
amus. **Per do. p̄fatio.** **A**cte in visitati.

Cōmū. **C**ata viscera marie virginis. que
portauerūt eterni patris filiū. **post cōionem**

Om̄ps semp̄ne deus. qui in memora
tionē beate marie virginis matris filij
tui domini nr̄i iesu christi fieri voluisti:
presta quesumus: ut per merita visita
tionis ipsius. eterni conuiuij partici
pes efficiamur. **Per eundem.** **In vigilia**
assumptionis sancte marie subtritus.



Mare sancta parens enixa puer
pera regem. qui celū terramq̄
regit in secula seculorū. **psalm̄**
Benedicta tu in mulieribus: et
benedictus fructus ventris tui.



Deus qui virginalem aulam *Collam.*
beate marie in qua habitares eli-
gere dignatus es: da quibus ut sua nos de-
fensione munitos: iocundos sue faciat
interesse festiuitati. *Qui vi. Si hec vigilia
in dominica euenit. non dicatur preteritus Collecta.
nisi ad maiorem missam. Gloria in excelsis. nec Credo.
dicuntur. nisi fuerit Dominica dies.*

lectio libri Sapientie. Capite xxiii.

Ad initio et ante secula creata sunt:
et usque ad futurum seculum non desinant.
et in habitatione sancta coram ipso mi-
nistrant. Et sic in sion firmata sunt. et in
ciuitate sanctificata similiter requiescunt:
et in iherusalem potestas mea. Et radi-
cavi in populo honorificato: et in par-
tes dei mei hereditas illius. Et in pleni-
tudine scilicet detentio mea. *Gradale.*

Benedicta et venerabilis es virgo maria. que si-
ne tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. *Ucr.*
Virgo dei genitrix que totus non capit orbis: in tua
se clausit viscera factus homo. *Si dominica fuerit.*

Alleluia

Alleluia. *v.* Virga iesse floruit virgo deū et ho-
minē genuit. pacē deus reddidit in se reconciliās
una sūmis. *Secundū lucam. Capite deam.*

In illo tempore. loquente iesu ad tur-
bas: extollens vocem quedā mulier
de turba. dixit illi. *Beatus venter qui te*
portauit: et ubera que suristi. At ille di-
xit. Quinimo. beati qui audiūt verbum
dei. et custodiūt illud. Offerit.

Beata es
virgo maria que dūm portasti creatorē mūdi ge-
nuisti qui te fecit. et in eternū pmanes virgo. *scē*

Magna est domine apud tuā clemen-
tiā dei genitricis oratio: quā idcirco de
p̄senti seculo transtulisti. vt pro peccatis
nr̄is apud te fiducialiter intercedat. *p̄ cū.*
p̄fatio. Et te in veneratione. Coio.

Beata viscera marie virginis que portauerūt
eterni patris filiū. *Post cōmūnio.*

Concede misericors deus. fragilitati
nostre presidium: vt qui sancte dei genitri-
cis marie requiē celebramus: intercessi-
onis eius auxilio. a nr̄is iniquitatibus

resurgamus. Per eundem dñm nrm ic.

Eodem die natalis sancti Eusebii cōfesso-

Deus qui nos beati eusebii cōfessoris tui annua solennitate letificas: concede propitius ut cuius natalicia colim⁹: per eius ad te exēpla gradia

Laudis tue domine Secreta. in. p. do.

hostias imolamus. in tuorū memoria tione sanctorū: quibus nos et presenti bus malis erui confidim⁹ et futuris. p.

Refecti cibo potuq; celesti post cōionē.

deus noster. te supplices exoram⁹: ut in cuius hec memoria tione pcepimus: eius muniamur et precibus. Per do. no. *In*

Assumptione sancte marie. Introitus.

Audiamus omnes in domino diem festū celebrātes sub honore marie virginis de cuius assumptione gaudent angeli et collaudant filiū dei. *p̄s*

Eructavit cor meū verbū bonū. dico ego opera mea regi. Gloria p̄i. *Gla in excel. Collecta.*



Ammulorū tuorū domine delictis ig-
nosce. ⁊ qui placere de actibus no-
stris nō valemus: genitricis filij tui do-
mini dei nostri intercessione saluem. p
eundem. *Ino libri sapientie. Ecclesiast.*

In omnibus requiē quesiui: et in he-
reditate domini morabor. Tūc pre-
cepit michi et dixit creator oīm: et qui
creavit me requieuit in tabernaculo
meo. Et dixit michi. In iacob inhabita.
⁊ in israel hereditare: et in electis meis
mitte radices. Et sic in sion firmata sū.
et in ciuitate sanctificata similiter reqe-
ui: et in hierusalem potestas mea. Et ra-
dicauī in populo honorificato: et in par-
tes dei mei hereditas illius. et in plenu-
dine sanctorū detentio mea. Quasi cedrus
exaltata sū in libano: et quasi cypressus
in monte sion. Quasi palma exaltata
sum in cades: et quasi plantatio rose in
hiericho. Quasi oliua speciosa in cāpis:
⁊ quasi platanus exaltata sū iuxta a

quā in platris. Dicit cynamomū et bal
samū aromatizans odorē dedi. Quasi
murcha electa dedi suauitatē odoris **G.ā.**

Propter veritatē et mansuetudinē et iusticiā
et deducet te mirabiliter dextera tua. **Ū.** Audi filia
et vide et inclina aurē tuā. quia concupiuit rex
speciem tuā. **A**lleluia. **Ū.** Assūpta est maria
in celū. gaudent angeli et collaudantes benedi
cūt dominū. **Ad maiorē miss.** **A**lla. **Ū.** Hodie
maria virgo celos ascendit gaudere quia cū christo
regnat in eternū. **Secundū lucā. Capit. x.**

In illo tempore. Intrauit iesus ī quoddā ca
stellū: et mulier quedā martha nomine
cepit illū in domū suā. Et huic erat so
ror nomine maria: que etiā sedens secus
pedes dñi: audiebat verbū illius. Martha
autē satagebat circa frequēs ministeriū.
Que stetit et ait. Domine. nō est tibi cu
re: q̄ soror mea reliquit me solā ministra
re? Dic ergo illi vt me adiuet. Et respon
dens dixit illi dominus. Martha. martha:
sollicata es. et turbaris erga plurima. Por

ro unū est necessariū. Maria optimam
partē elegit: que nō auferetur ab ea.

Credo. Offer. Felix nāq; es sacra virgo maria
et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iu-
sticie christus deus n̄r. **Alleluia. Secreta oratio**

Subueniat domine plebi tue dei geni-
trici oratio: quā et si pro conditione
carnis migrasse cognoscim? in celesti glo-
ria apud te pro nobis orare sentiamus:
Per dō. prefat. **Et te in assūptione.**

Beata viscera marie virginis que por-
tauerūt eterui patris filiū. **Post cōmunionē**

Mense celestis participes effecti īplo-
ram' clemētiā tuā dñe deus n̄r. ut qui fe-
sta dei genitricis colim': a malis īminēti-
bz ei' intercessionibus liberem'. **Per eund.**

In natali bñ Bernardi.

In medio ecclesie aperuit os eius et
impleuit eū dominus spiritu sa-
pientie et intellectus stola glorie
induit eū. **Alleluia. Alleluia. al-
leluia. ps.** **Joconditatē et exultati**



onē: thesaurisavit super eum. Gloria in ex. *Colla*

Perfice quesum' dñe piū in nobis
sancte religionis effectū: et ad ob
tinendam tue gratie largitatē? beatus
bernardus abbas et doctor egregius suis
apud te semp pro nobis meritis et preci
bus intercedat. Per dominū nr̄m iesum.

Lectio libri sapientie. Ecclesiastica cly.

Dilectus deo et hominibus: cuius
memoria in benedictione est. Si
mitem illū fecit in gloria sanctorū: et
magnificavit eum in timore inimicor.
et in verbis suis mōstra placavit. Glo
rificavit illū in conspectu regū: et ius
sit illi corā populo suo. et ostendit illi
gloriā suā. In fide et lenitate ipsius sā
ctū fecit illū: et elegit eū ex omni carne.
Audiuit enī vocem ipsius: et induxit il
lū in nubē. Et dedit illi cor ad precepta:
et legem vite et discipline. *Gradale.*

Domine preuenisti eū in benedictionibz dulce
dinis posuisti in capite eius coronā de lapide p̄cio

so. **D**itā petijt et tribuisti ei longitudinē dierū in
seculū seculi. **A**lleluia. **U**. Charitate vulneratus
castitate dealbatus. verbo vite laureatus est bernar-
dus sublimatus in gloria. **I**n **memoracione**
eius tempore paschali. p̄m̄ **A**lleluia. **U**sus.

Iustus germinauit sicut liliū et florebit in eternū an-
te dominū. **S**edm̄ Charitate. **U**s. **T**empore **lex tract**
beatus vir. **I**n die **būdicti**. **S**c̄dū **matthēi**.

In illo tempore. Dixit simō petrus ad
iesū. Ecce nos reliquim⁹ omnia: et se-
cuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Ie-
sus autē dixit illis. Amen dico vobis: qđ
vos qui secuti estis me. in regeneratione
cū sederit filius hominis in sede maiesta-
tis sue: sedebitis et vos super sedes duode-
cim. iudicantes duodecim tribus israel.
Et om̄s qui reliquerit domū: vel fratres.
aut sorores: aut patrē. aut matrē. aut
proprē. aut filios. aut agros: propter no-
men meū. centuplū accipiet et vitam
eternā possidebit. **C**redo. **O**fferitorium.

Desideriū anime eius tribuisti ei domine. et vo-



luntate labiorū eius nō fraudasti eū. posuisti in ca-
pite eius coronā de lapide precioso **alla. Secreta.**

Grata tibi sit deus intercedente beato
bernardo huius oblatio sacramēti: qđ
in memoriā dominice passionis tue of-
ferimus maiestati. **P. cū. Dñm. Coio.**

Amen dico vobis qđ vos qui reliquistis omnia
et secuti estis me. centuplū accipietis et vitā eternā

Quū in nobis **post omni.** possidebitis. **alla.**
omnipotens deus. intercedente b̄to bernar-
do abus quē sumplimus opetur effectū:
vt incorporet nos sibi eius edentes. **P. do.**

In natiuitate sancte marie. Introitus.




Quidam omēs in domino diē
festū celebrantes sub honore
marie virginis de cuius nati-
uitate gaudent angeli et col-
laudant filiū dei. **ps.** Cructa

uit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi.

Anulus tuus domine **Collecta.**

celestis gratie munus impartire.
vt quibus beate marie virginis partus



extitit salutis exordium: natiuitatis eius
 potius sollemnitas: pacis tribuat incrementum.
 Per do. *Lectio libri Sapientie. Capitulum xiiij.*

Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis et timoris et agnitionis: et sancte spei. In me gratia omnis vite et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super melidulas: et hereditas mea super mel et fauam. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me adhuc esurient. et qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidant me: vitam eternam habebunt.

Gradale.

Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. et deducet te mirabiliter dextera tua. *V.* Audi filia et vide et inclina aurem tuam. quia concupiuit rex speciem

tuā **H**alleluia. **v** Natiuitas gloriose virginis ma-
rie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stir-
pe dauid. **Incipiū sancti euāgely sodm matth.**

Liber generationis iesu christi. filij
dauid: filij abrahā. Abrahā autē
genuit isaac. Isaac autē genuit iacob.
Iacob autē genuit iudam: et fratres eius.
Iudas autē genuit phares et zaram de
thamar. Phares autē genuit esrō. Esrō
autē genuit aram. Aram autē genuit
aminadab. Aminadab autē genuit na-
alon. Naalon autē genuit salmō. Sal-
mon autē genuit booz de raab. Booz au-
tem genuit obeth ex ruth. Obeth autem
genuit iesse. Iesse autē genuit dauid regē.
Dauid autē rex genuit salomonē. ex ea
que fuit urie. Salomon autē genuit ro-
boam. Roboam autē genuit abia. A-
bia autē genuit asa. Asa autē genuit
iosaphat. Iosaphat autē genuit ioram.
Iorā autē genuit oziam. Ozias autem
genuit ioathan. Ioathan autē genuit

achaz. **A**chass. autē genuit ezechia. **E**ze-
 chias autē genuit manassen. **M**anasses
 autē genuit amon. **A**mon autē genuit
 iosiam. **I**osias autē genuit iechoniā: et
 fratres eius in transmigratione baby-
 lonis. **E**t post trāsmigrationē babylo-
 nis: iechonias genuit salathiel. **S**alathi-
 el autē genuit zorobabel. **Z**orobabel au-
 tem genuit abiud. **A**biud autē genuit
 eliachim. **E**liachim autē genuit azor.
Azor autē genuit sadoch. **S**adoch autem
 genuit achim. **A**chim autē genuit eliud.
Eliud autē genuit eleazar. **E**leazar autē
 genuit mathan. **M**athan autē genuit
 iacob. **J**acob autē genuit ioseph: virum
 marie. **D**e qua natus est iesus qui vocat
 christus. **C**redo. **O**fferet. **F**elix nāq; es sacra
 virgo maria. et omī laude dignissima quia ex te ortus
 et sol iusticie christus deus n̄r. **A**lleluia. **S**ecreta.
Quigeniti tui domine nobis succur-
 rat humanitas. ut qui natus de virgine
 matris integritatem nō minuit sed sa-

trauit. in natiuitatis eius sollemnys a no-
stris nos placulis exuens: oblationē no-
strā sibi faciat acceptā. Qui tenū. *pfatio.*

Et te in natiuitate beate marie. Coio.

Beata viscera marie virginis que portauerunt
eterni patris filium. *Post cōmuniō.*

Sūplimus domine celebratais ānne
votiuā sacramēta: presta quesum? ut
temporalis nobis vite remedia p̄beant
et eterne. *Per do. Eodem die natalis s̄i*

Presta quesum? om̄ps *Adriani m̄tis.*
Deus. ut qui beati adriani marty-
ris tui natalicia colimus: a cunctis ma-
lis iminentibus: eius intercessione libe-

Oblatis quīs dñe *Secreta.* remū. *Per do.*
placare muneribus: et intercedente b̄to
adriano martyre tuo: a cunctis nos defen-

Sit nobis *post cōmuni.* de periculis. *Per.*
domine reparatio mentis et corporis:
celestē misteriiū: ut cuius exequimur ac-
tionē sentiamus effectū. *Per dominū no.*

In die omniū sanctorū Ad missā Introit



Audamus omnes in domi
no diem festū celebrantes.
sub honore sanctorū oīm:
de quorū sollemnitate gaudēt
angeli et collaudant filium
dei. **ps.** Exultate iusti in do

mino: rectos decet collaudatio. **Gla.** Gloria in excel.

Omnipotens sempiterne **Collecta.**
deus. qui nos oīm sanctorū meri
ta sub vna tribuisti celebritate venera
ri: quesumus. vt desideratam nobis tue
propitiationis abundantia: multipli
catis intercessoribus largiaris. **per do.**

Lectio libri apocalypsis beati Joānis a.

In diebus illis. Ego ioannes vidi a
ngelū ascendente ab ortu solis: habē
tem signū dei viui. et clamauit voce ma
gna quatuor angelis quibus datū est
nocere terre et mari dicens. Nolite nocere
terre et mari neq; arboribus: quoad
usq; signemus seruos dei nrī in frontibz
eorū. Et audiui numerū signatorū cen



tū quadraginta quatuor milia: signati
ex omni tribu filiorū israel. Ex tribu
iuda: duodecim milia signati. Ex tribu
ruben: duodecim milia signati. Ex tri-
bu gad: duodecim milia signati. Ex tri-
bu Aser: duodecim milia signati. Ex
tribu neptalim: duodecim milia signati.
Ex tribu manasse: duodecim milia sig-
nati. Ex tribu simeon: duodecim milia
signati. Ex tribu leui: duodecim milia
signati. Ex tribu isachar: duodecim mi-
lia signati. Ex tribu zabulon: duodecim
milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim
milia signati. Ex tribu beniamin: duo-
decim milia signati. Post hec vidi tur-
bā magnā quā dinumerare nemo po-
terat ex omnibus gentibus et tribubus
et populis et linguis: stantes ante thro-
nū et in conspectu agni. Amicti stolis
albis: et palme in manibus eorū. Et cla-
mabant voce magna dicentes. Salus
deo nostro qui sedet super thronū et ag-

no. Et omnes angeli stabant in circuitu
throni et seniorum et quatuor animalium:
et ceciderunt in conspectu throni in facies
suas. et adorauerunt deum dicentes amen.

Benedictio et claritas et sapientia et gra-
tiarum actio: honor et virtus et fortitudo.
deo nostro in secula seculorum. **Amen. Grad.**

Quamete dominum omnes sancti eius quoniam nichil
deest timentibus eum. **o** Inquirentes autem dominum non
deficient omni bono. **A**lleluia. **o** Iudicabunt sancti
nationes et dominabunt populis et regnabit illorum
rex in eternum. **Secundum mattheum. Ca. v.**

In illo tempore. Videns turbas iesus
ascendit in montem: et cum sedisset.
accesserunt ad eum discipuli eius. Et aper-
tens os suum: docebat eos dicens. **B**eati pau-
peres spiritu: quoniam ipsorum est regnum
celorum. **B**eati mites: quoniam ipsi posside-
bunt terram. **B**eati qui lugent: quoniam
ipsi consolabuntur. **B**eati qui esuriunt
et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi satura-
buntur. **B**eati misericordes: quoniam ipsi mi-

sericordiam consequetur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint: et dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me. Gaudete in illa die et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Credo. **Off.** **M**irabilis es in sanctis tuis deus israel ipse dabis virtutem et fortitudinem plebi tue benedictus deus Alleluia. **Secreta.**

Munera tibi domine nostre devotionis offerimus: que et pro tuorum tibi grata sunt honore sanctorum: et nobis salutaria te miserante reddantur. Per do. no. **Coio.**

Gaudete iusti in domino alleluia rectos decet collaudatio Alleluia.

post communionem

Da quis domine fidelibus populis omnium sanctorum semper veneratione letari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per.

De conceptione virginis marie. omnia

in circuitu populi sui ex hoc nunc et usque in seculum.

In illo tempore. *Secundum lucam. caxi.*
 Dixit iesus discipulis suis. Non est
 arbor bona que facit fructus malos: nec
 arbor mala faciens fructum bonum. Una
 queque enim arbor: de fructu suo cognoscatur.
 Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de
 rubo vindemiant uinam. Bonus homo de bo-
 no thesauro cordis sui profert bonum: et ma-
 lus homo de malo thesauro profert mala.
 Ex abundantia enim cordis: os loquitur. Quid
 enim uocatis me domine. domine: et non facitis
 que dico? Omnis qui uenit ad me et au-
 dit sermones meos et facit eos. ostendam uobis
 cui filius est. Similis est homini edificanti
 domum: qui fodit in altum. et posuit funda-
 menta supra petram. In inundatione autem
 facta. illi usum est flumen domui illi: et non
 potuit eam mouere. Fundata enim erat super
 petram. *Credo. Offeri.* **O**ne deus in simplicitate
 cordis mei letus obtuli uniuersa. et populum tuum qui
 repertus est uidi cum ingenti gaudio deus israel custo-

di hanc voluntatem *Alleluia.*

Secreta.

Annue quesumus domine precibus nostris. ut quicūq; intra templi huius cuius anniuersariū dedicationis diē celebram' ambitū continerū. plena tibi atq; perfecta corporis et anime deuotione placeamus: ut dū hec p̄sentia vota reddim': ad eterna premia te adiuuāte venire mereamur. *Per dominū nr̄m. Cōmuni.*

Omnis mea domus orationis vocabitur dicit dominus. in ea om̄s qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur *Alleluia alla. post coīo.*

Deus qui ecclesiā tuā sponsā vocari dignatus es. ut que haberet gratiā per fidei deuotionē haberet etiā ex noīe pietatem: da ut om̄s hec plebs nominatiuo seruiens huius vocabuli consortio digna esse mereatur: et ecclesia tua in templo cuius anniuersarius dedicationis dies celebratur tibi collecta: te timeat. te diligat. te sequatur: ut dū iugiter p̄ vestigia tua graditur: ad celestia pro-

missa te ducente puenire mereat. Qui.
pro defunctis ad officium missae Introitus.

Requie eterna dona eis domine. et
lux perpetua luceat eis. *psalm?*
Te decet hymnus deus in sion. et tibi
reddetur votum in hierusalem.
exaudi orationem meam ad te omnis

taro veniet. *Requie. Orada.* Requie eterna do
na eis domine et lux ppetua luceat eis. *v.* Anime
corum in bonis demorentur et semine eorum hereditet
terram. *In missis priuatis Tractus dicendum:*

De profundis clamaui ad te domine dñe
exaudi vocem meam. *v.* Fiant aures tue inten
dentes in orationem serui tui. *v.* Si iniquitates ob
seruaueris dñe dñe quis sustinebit. *v. s.* Quia apud
te propitiatio est et propter legem tuam sustinui te
domine. *In maioribus annuercariis pro*

Si ambularem in medio *presenti defuncto qd*
vmbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es do
mine. *v.* Virga tua et baculus tuus ipsa me solata

Absolue dñe animas omnium *Tractus. sicut.*
fidelium defunctorum ab omni vinculo delicto



rum. **Oratio.** Et gratia tua illis succurrere mereat eua-
dere iudiciū ultionis. et lucis eterne bñtitudine p̄frui.

Offertorium. Domine iesu christe rex glorie libera a-
nimas oīm fidelium defūctorū de manu inferni et de
profundo lacu. libera eas de ore leonis ne absorbeat
eas tartarus ne cadant in obscura. sed signifer lau-
ctus michael representet eas in lucē sanctā quam
olim abrahe promisti et semini eius. **Oratio.** Hostias
et preces tibi domine offerimus tu suscipe pro a-
nimas illis quarū hodie memoriā agimus
fac eas domine de morte transire ad vitā. quam
olim abrahe promisti et semini eius. **Oratio.**

Lux eterna luceat eis domine cū sanctis tuis
in eternū quia pius es. **pro episcopo defuncto.**

Deus qui inter apostolicos sacerdo-
tes famulū tuū pontificali feasti
dignitate vigere: presta quesumus ut eo-
rū quoq; perpetuo aggregetur consortio. **Oratio.**

Suscipe quesumus domine **Secreta.**
pro anima famuli tui sacerdotis quas
tibi offerimus hostias: ut cui pontifica-
le donasti meritū dones et premiū. **Oratio.**

Propitiare dñe supplicatio *post cōio.*
 nibus nostris: et animā famuli tui epi
 scopi in viorū regione eternis gaudijs
 iubeas sociari. *Per dominū. In Anniver
 sario defunctorū ⁊ in āniversario mensis.*

Pro ista dñe quesum? *ut a Collecta.*
 Dñe famulorū tuorū quorum
*anima famuli tui cuius. āniversariū de
 positionis diem cōmemoramus: indul
 gentiā pariter et requiē capiāt capiāt se
 piternā. Per dominū nostrū. Secreta.*

Araudi dñe supplicationes n̄ras. ut
 anime famulorū tuorū pro quibus *aiā
 famuli tui pro qua.* tibi offerimus sacri
 ficiū laudis: sanctis et electis tuis socia
 re digneris. *Per dominū. Post cōmūnio.*

Suscipe domine preces nostras pro
 animabus famulorū tuorū. *anima famu
 li tui. ut si que eis. n. macule de terrenis cō
 tagijs adheserūt: remissionis tue mise
 ricordia deleantur. Per dominū n̄m ie
 sum. Alia pro defunctis oratio. Collecta.*

Indina dñe aurē tuā ad preces nr̄as.
quibus misericordiā tuā supplices de-
precamur: vt animā famuli tui. quam
ANIMAS famulorū tuorū. QUAS. de hoc se-
culo migrare iussisti in pacis ac lucis re-
gione constituas: et sanctorū tuorū iu-
beas esse consortē. **res. Per do. no. Secreta.**

Annue nobis dñe. vt anima **anime**
famuli tui **famulorū tuorū** remissionē
quā semp optauit **optauerūt** mereatur
mereantur percipere peccatorū. **p. post.**

Absolute dñe animā **aīas famulorū**
tuorū famuli tui ab om̄i vinculo delicto-
rū: vt in resurrectionis gloria inter san-
ctos tuos resuscitatus **resuscitati respi-**
rent respiret. **Per do. Alia Collecta.**

Deus cui propriū est misereri semp
et parcere: propitiare anime fa-
muli tui **aīabus famulorū tuorū** et om̄ia
eius **corū** peccata dimitte: vt mortis vi-
culis absolutus **luci** transire mereatur
mereatur ad vitam. **Per do. no. Secreta.**

mortalitatis

Animā famuli tui **animas famulorū tuorū.** quesumus dñe ab omībz vicys humane conditionis hec absoluat oblatio: que totius mūdi tulit imolata p̄c̄m. **P.**

Presta dñe quīs anime famuli **post cō.** tui. **aiabus famulorū tuorū** misericordiā sempiternā: vt mortalitatis neribus absoluta **absoluta** lux eterna possideat. **P** dominū. **Pro femina defuncta. Collecta.**

transire mereantur ad vitam.

Quesumus domine pro tua pietate. miserere anime. **animabus famularū tuarū.** famule tue: et a contagijs mortalitatis exuta. **exutas.** in eterne saluationis partem restitue. **per do. Secreta.**

His sacrificijs domine quesum' anima famule tue. **anime famularū tuarū.** a peccatis omnibus exuatur: **exuantur.** vt per hec pie placationis officia: perpetuam misericordiā consequatur. **P. post cōio.**

Inueniat **inueniant** quesumus domine anima famule tue. **anime famularū tuarū.** lucis eterne sortū: que in hac lu

ce posita. *posite. tuū consecuta est. conse-*
cuta sūt. sacramētū. p. Alia pro defunctis

Om̄ps sempiternē deus cui *Collecta.*
nūquā sine spe misericordie supplicatur.
propiciare aīabus famulorū faūlarūq; tuarū:
ut qui de hac vita in tui nominis cōfessio-
ne decesserūt: sanctorū tuorū numero fa-
cias aggregari. *Per do. no. Secreta oīo.*

Propiciare quesumus domine aīab; *oīo.*
famulorū faūlarūq; tuarū: pro quibus
tibi hostias placationis offerim;: et q̄a
in hac luce in fide māserūt catholica. in
futura vita eis retributio cōdnet. *p. post.*

Prā qm̄s om̄ps deus. ut aīas famulo-
rū faūlarūq; tuarū ab angelis lucis su-
sciptas: in p̄parata habitacula deduci
facias b̄torū. *Per dominū. Alia pro fra-*
tribus congregationis defūctis Collecta.

Deus venie largitor et humane
salutis autor. qm̄s clementiā tu-
am: ut nr̄e congregationis fratres fa-
miliares et benefactores. qui ex hoc secu-

lo transierunt: beata maria semp virgine
intercedente cu omib; scis. ad perpetue bñtati
dinis consortia puenire concedas. Per do.

Deus cuius misericordie nō **Secreta.**
est numerus. suscipe propicius preces hu
militatis nre: et animabus fratru familia
riu et benefactoru nror quibus tui nomi
nis dedisti confessione: per hec sacramenta
salutis nre cūctoru remissionē tribue per

Presta quis **post coionē. catoru. p do.**
miserans deus. ut anime pro quibus hoc
sacrificiu laudis tue obtulimus maiesta
ti: per huius virtutē sacramenti a pecca
tis omnibus exiate: lucis perpetue te
miserante recipiant beatitudinē. Per do.

Pro omnibus fidelibus defunctis dicenda

Fidelium deus oim conditor **Collecta.**
et redemptor: aiabus famuloru
famularuq; tuaru remissionē cūctoru
tribue peccatoru: ut indulgentiā quam
semp optauerūt. p̄s supplicationibus
consequatur. Per dominū nō. **Secreta.**

Hostias quesum' dñe quas tibi pro a-
nimabus faūlorū famularūq; tuarū of-
ferim'. p̄ficiat' intende': ut quib; fidei
christiane meritū contulisti. dones et p̄mi-

Animabus qm̄s dñe *post coīo. ū.* Per
faūlorū faūlarūq; tuarū oratio p̄ficiat sup-
plicantū: ut eas et a peccatis om̄ibus ex-
uas: et tue redemptionis facias esse par-
ticipes. *Per. Pro defunctis prima epistola.*

Tertio libri Apocalypsis b̄ti ioh̄annis apli.

In diebus illis. Audiuī vocē de celo di-
centē michi. Scribe. Beati mortui qui
in dño moriūtur. Amodo iā dicit spiritus
ut requiescāt a laborib; suis. Opera enī
illorū sequūtur eos. *Primū euangeliū.*

Secundū ioh̄annē. Capite vnderimo.

In illo tpe: dixit martha ad iesū. Do-
mine si fuisses hic: frater me' nō fuisset
mortuus. Sed nūc scio: q̄a quecūq; po-
posceris a deo. dabit tibi deus. Dicit illi iesus:
Resurget frater tuus. Dicit ei martha. S̄no.
quia resurget ī resurrectione in nouissi-

mo die. Dicit ei iesus. Ego sū resurrectio
 et vita. Qui credit in me: etiā si mortuus
 fuerit uiuet. Et om̄s qui uiuit et credit in
 me: nō morietur in eternū. Credis hoc?
 At illi. Dicit dñe. Ego credidi quia tu es
 christus filius dei: qui in hunc mūdū ueni
 sti. *Secunda epistola. Lectio libri*

Machabcorū. Secundi. Capite xij.
In diebus illis. Dixit fortissimus iudas
 collatione facta. duodecim milia drag-
 mas argenti misit hierosolimā: offerri
 ea ibi pro peccatis mortuorū. iuste et reli-
 giose de resurrectione cogitās. Nisi enim
 eos qui ceciderant resurrecturos speraret.
 superflū uideretur a vanū: orare pro mor-
 tuis. Et quia considerabat quod hi qui
 cū pietate dormitiōne acceperant: opti-
 mā haberēt repositā gratiā. Sancta er-
 go et salubris est cogitatio pro defunctis
 orare: ut a peccatis soluantur. *ii. euā.*

Secundum Joannē. Capite sexto.
In illo tempore. Dixit iesus turbis

iudeorū. Omne quod dat mihi pater ad
me veniet: et eū qui venit ad me. nō eycā
foras. Quia descendi de celo nō ut faciā
voluntatē meā: sed voluntatē eius qui
misit me. Hec est autē volūtas eius qui
misit me patris: ut omne quod dedit mi
chi. nō perdā ex eo: sed resuscitem illud
in nouissimo die. Hec est enī voluntas
patris mei qui misit me: ut omīs qui
videt filiū et credit in eū: habeat vitam
eternā. Et ego resuscitabo eū in nouis
simo die.

*Tercia epistola. Lectio episto
le beati pauli apli ad thessalonicēses.*

Amatres. Nolum' vos ignorare de
dormientib; ut nō contristemini.
sicut et ceteri qui spem nō habent. Si enī
credim' qd' iesus mortuus est et resurrex
it: ita et deus eos qui dormierūt per iesū.
adducet cū eo. Hoc enī vobis dicimus in
verbo dñi. quia nos qui viuimus qui
residui sumus: in aduentu dñi nō pre
uem' eos qui dormierūt. Quā ipse dñs

in iussu et in voce archangeli et in tuba
 dei descendit de celo: et mortui qui in chri-
 sto sunt resurgent primi. Deinde nos qui
 vivimus qui relinquamur. simul rapiemur
 cum illis in nubibus obviam christo in aera:
 et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamur
 invicem in verbis istis. *iii. euangelium.*

In illo *Secundum Joannem. Caput. v.*

tempore. Dixit iesus turbis iudeorum.
 Sicut pater suscitatur mortuos et vivifi-
 cat: sic et filius quos vult vivificat. Neque
 enim pater iudicat quemquam. sed iudicium om-
 ne dedit filio: ut omnes honorificent filium.
 sicut honorificant patrem. Qui non honori-
 ficat filium: non honorificat patrem qui mi-
 sit illum. Amen amen dico vobis: quia qui
 verbum meum audit et credit ei qui misit me.
 habet vitam eternam. Et in iudicium non venit:
 sed transiet a morte in vitam. *Epistola quarta.*

In nomine epistole beati pauli apostoli ad corinthios. i. xv.

Habentes. Ecce mysterium vobis dico.
 Omnes quidem resurgemus: sed non

omnes imitabimur. In momento. in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enim tuba. et mortui resurgent incorrupti: et nos imitabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Obi est mors victoria tua? Obi est mors stimulus tuus? Stimulus enim mortis. peccatum est. Virtus vero peccati. lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam. Per Iesum Christum dominum nostrum. *iii. eu. angelum.*

I Secundum Joannem. Capite quinto. In illo tempore. Dixit Iesus turbis iudeorum. Amen amen dico vobis. quia venit hora et nunc est: quando mortui audient vocem filii dei. et qui audierint uiuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia

venit hora. in qua omnes qui in monime-
tis sunt audient vocem eius. Et procedent qui
bona fecerunt in resurrectione vite: qui ve-
ro mala egerunt. in resurrectione iudicii.

Generalis pro vivis et defunctis oratio

Omnipotens sempiternus deus. qui
viventium dominaris simul et mortu-
orum: omnique miserere quos tuos fide et ope
futuros esse pronoscis: te suppliciter exora-
mus: ut pro quibus effundere preces dece-
rimus: quosque vel presens seculum adhuc in
carne retinet: vel futurum iam exutos corpo-
re suscepit. pietatis tue clementia omnium de-
lictorum suorum veniam et gaudia consequi
mereantur eterna. **Per do. Secreta.**

Deus cui soli cognitus est numerus
electorum in superna felicitate locandus:
tribue quoniam. ut universorum quos in ora-
tione commendatos suscepimus: et omnium
fidelium nomina. beate predestinationis li-
ber ascripta retineat. **Per do. post ymnus.**

Purificent nos domine quoniam sacramentum

ta que sūplimus: et presta ut hoc tuū sa-
cramentū nō sit nobis reatus ad penā.
sed intercessio salutaris ad veniā: sit ab-
lutio scelerū: sit fortitudo fragiliū: sit
contra mūdi pericula firmamentū. sit
vivoꝝ atq; mortuoꝝ fideiū remissio
oīm peccatoꝝ. Per dominū.

Missa Abbatiales.

Abbas celebrat missā his diebus
in conuentu solenniter. In vigilia
natiuitatis domini. et ipso die natiui-
tatis. Epiphanie. In die palmarū. In
cena domini. Feria sexta parasceues.
Sancta vigilia pasche. In die pasche.
Ascensionis domini. In vigilia penthe-
costes et ipso die. In dominica trinitatis.
corporis christi. In vigilia et in die assū-
ptionis et natiuitatis marie. et in omi-
bus solennitatibus eiusdem. In die facti
benedicti. Bernardi. Joannis baptiste.
Petri et pauli. In dedicatione ecclesie. et

in die oīm sanctorū. Item in precipuis
 quinq; offitijs defunctorū. et pro presen-
 ti defuncto.

In depositione fratris relig. missa ratio.

COmibus diebus quibus due missa cantantur
 si presens mortuus fuerit. prima erit pro ipso cum
 duabus collectis. Inclina. et. Omīps semp̄ne deus
 qui uiuorū. Et si fuerit ep̄s dicetur collecta. Deusq;
 inter. Secūda uero missa d̄ de festo cū collecta que
 in prima missa dia debuerat.

In quadrag. tamē et in ieiunijs quatuor tpm.
 et in diebus dñicis qñ missa inatutinalis de aliq;
 uigilia dicenda est. Et dñicis diebus in aduentu
 dñi. Et a lxx. usq; ad pascha qñ festū r̄y lectionū
 in quo laboram' aduenerit. Et dō post natiuit.
 dñi qñ missa. dū mediū silētū. dia. Et qñ uigil.
 nat' dñi in dñicā euenierit. Et dñica ante ascen.
 dñi. qñ festū in quo laboram' uel nō laboram'
 occurrerit. Et diebus rogationū. Et tribz dñicis
 ante quadragesimā. Et qñ festū r̄y l̄ionū uene-
 rit in aliqua dñica in qua inapitur historia nō

habens aliā dominicā pro eadem historia icho-
anda. Et sexta die post natalis domini. et in oc-
taua epiphanie domini quādo historia Dñe ne
in ira. propter celeritatē instantis septuagesime
incipitur. Et tribus diebus quibus laboramus
infra octā. pasche et penthecosti et dominici diebus
quorū officia differri nō possunt. et ieiunijs p̄ci-
piuis. et precipuis officijs defunctorū et in octauis
sanctorū et in octauis eorū qui habent officia
intitulata in gradali preter alexandri euentij
et theodoli. Et si inuentio sancte crucis euenerit
dñica ante ascensionis domini et octaua die
sancti laurentij si dñica euenerit. In omnibus
his diebus predictis missa de die et collect. pro
presenti defuncto dicas et postea missa in cōuen-
tu solenniter pro ipso.

In ceteris autē omnibus diebus siue cū una
missa fuerit dicenda siue due. missa de die pro
missa presentis defuncti intermitti potest. Ca-
uendū autē omnimode ne quis fratrum siue pro-
pria missa sepeliatur etiā si illa die due vel
tres cantande fuerint.

124 127
Quando vero nulla alia missa in conuentu
dicatur preter illā pro presenti defuncto prima
collecta erit *Inclina. Singulariter. Secunda. De*
a quo. Tercia. Ecclesie. Quarta. Omnipotēs
sempiternē deus qui uiuorū.

Quilibet etiā sacerdos tres missas dicere te
netur pro illo defuncto. in quibz prima colle
cta sit. *Inclina singulariter.*

Alij uero legant psalteriū. uel. cl. miserere. seu
totidem pater n̄r. Et quicquid pro eo fit an
tequā sepeliatur extra debitum est.

Benedictio super lectorem meuse.

*S*aluū fac seruum tuū. Deus me.
v. Conuertere dñe usq; quo. Et de p̄ca.
v. Mitte ei domine auxiliū de sc̄o.
v. Domin⁹ custodiat introitū tuum
et exitum tuum. et auferat a te h̄m
elationis. Amen.

Eus q; nobis patrem ⁊ ma
trem honorare precepisti: mi
serere clementer animabus
patris ⁊ matris mee ⁊ oīa co

num p̄ta dimitte? neq; eos
in eterne claritatis gaudio
fac. videre. Per.

Suscipe sacrificium q̄s
dne quod tibi p̄ aiab; patris &
matris mee offero: cuq;
gaudium sempiternum in
regione uiuorum concede: meq; cum illis felicitate
Sanctorum coniunge. Per.

Celestis participatio sacra
menti q̄s dne aiab; patris et
matris mee requiem & lucem
obtineat. **per** **petriam** **neq;** **cum** **eis**
gratia **tua** **coronet** **eterna:** **er**

Deus qui digne tibi Sacratissimis Virginitate
mirandi aq̄nis robur indidisti: quo per
martyri palmam ad superna contemplationis
pertingerent gloriam: da quaesumus earum
nos intercessionibus adiuuari: quas cum
beata Virgula ducesua transceso mortis
stadio in caelestibus fecisti triumphare.
Per Dominum



Preces nostras quaesumus domine propitius admittes et dicatum tibi sacrificium beatarum Virginum ac martyrum tuarum oratio commendet. Per Dominum.

Adiuvent nos quaesumus domine merita et intercessiones sanctarum Virginum et martyrum tuarum: ut quarum venerandam commemorationem agimus ipsarum suffragio ab omnibus mereamur erui malis et te largiente sempiternis perfrui donis: Per Dnum.

De diebus Sanctis Coll.

A cunctis nos presumus domine, mentis et corporis defende periculis; ei intercedente Beata et gloriosa semper, Virgine dei genitrice Maria cum sctis Apostolis tuis Petro et Paulo, atq; Beatis Benedicto et Bernardo, et omnibus Sanctis salutem nobis tribue benignus et pacem; ut destructis aduersitatibus, et erroribus vniuersae ecclesiae tuae securia tibi seruet libertatem; Per

Secreta

Exaudi nos deus Salutaris noster, ut per huius Virtutem Sacramenti, a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis; gratiam tribuens in presenti et gloriam in futuro. Per dñm

Postcōmō

Mundet et muniat nos sp̄mus dñe divini Sacramenti munus oblatum; ei intercedente Beata Virgine dei genitrice Maria, cum sctis Aptis tuis, Petro et Paulo, atq; Beatis Benedicto et Bernardo et omnibus Sanctis a cunctis nos aduersitatibus expiatis et aduersitatibus expeditos; Per eundem p.



